



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Formularium Episcopale**

**Barbosa, Agostinho**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

S. D. N. D. Urbano Divina Providentia Papae VIII. Declaratio Quod Capitula Ecclesiarum Cathedralium quibus S. R. E. Cardinales praesunt ex Indultis conferendi beneficia Ecclesiastica reservata, vel ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10456**

Roma ex Typographia Rev. Cameræ  
Apost. M.DC.XXIII.

S. D. N.

D. URBANI DIVINA PROVI-  
dētia Papæ VIII.

### DECLARATIO

Quod Capitula Ecclesiarum Cathedra-  
lium quibus S.R.E. Cardinales p-  
funt ex Indulis conferendi beneficia  
Ecclesiastica reservata, vel affecta eis-  
dem Cardinalibus concessis nullum  
jus pretendere possint.

**S**ANCTISSIMUS in CHRISTO  
Pater & D. N. D. Urbanus divina  
providentia Papa VIII. accepto quod  
S. R. E. Cardinales super Indulgentiis  
& facultatibus disponendi, de benefi-  
ciis Ecclesiasticis Sedi Apost. reservatis  
& affectis à sede prædicta sibi concessis  
per Capitula & Canonicos Cathedra-  
lium Ecclesiarum, quibus illi ex con-  
cessione, & dispensatione Apostol.  
prælunt, impediuntur, sub prætextu  
quod ipsa Capitula, & Canonicī jus no-  
minandi, vel præsentandi, aut alias quo-  
modolibet disponendi de beneficiis in  
mensibus non reservatis pro tempore  
vacantibus cum prædictis Cardinalib-  
us locorum Ordinariis conjunctim,  
vel divisim habentes, tanquam mem-  
bra capiti adhærentia à Cancellariæ  
Apostolicæ regula mensium reserva-  
toria, à qua Cardinales præservantur,  
etiam excipiet facultates atque Indul-

ta, quæ certarum reservationum ob-  
stacula tollunt, sibi quoque suffraga-  
ri debere prætendunt, & attendens  
privilegium, quod Cardinales in  
prædicta Regula præserventur, ejus  
intuitu Cardinalibus concessum esse,  
neque rationi consentaneum fore, ut  
Capitula & Canonicī, dum sui Præ-  
sules Cardinalatus honore præfulgent  
plus juris in præjudicium Sedis Apo-  
stol. seu ipsorum Cardinalium Præ-  
sulum jus, & indultum conferendi ab  
ipsa sede habentium obtineant, quam  
si ipsi Cardinales non forent. Motu  
proprio sub die 29. Decembris, anni  
ab Incarnatione Domini 1625. decla-  
ravit, intentionis, & voluntatis suæ  
esse, quod Cardinales Præsules de  
omnibus, & singulis beneficiis Eccle-  
siasticis quomodolibet nuncupatis, &  
qualificatis, ad eorum etiam cum  
alio, vel aliis collationem, provisio-  
nem, præsentationem, electionem,  
seu quamvis aliam similiem, vel dissi-  
miliem dispositionem ratione Eccle-  
siarum, quibus ipsi Cardinales pre-  
sunt, conjunctim vel divisim spectan,  
non tamen in libris Cameræ Apo-  
stolicæ descriptis, nec ex personis fami-  
liarium sua sanctatibus, vel Conclavi-  
starum, aut ratione vacationis apud  
Sedem prædictam reservatis, vel affec-  
tis, quæ omnia Sanctitas sua sibi &  
successoribus suis pro tempore existen-  
tibus specialiter & expresse referavit  
ad præsens vacantibus, & in futurum  
vacaturis soli per se ipsos vel alios adid  
deputandos absque Capitulis, & Ca-  
nonicis aliquaque quamcunque ordina-  
ti.

riam dispositionem corundem beneficiorum similiter conjunctim vel dividitum cum eisdem Cardinalibus habentibus, dummodo alias sub indultis eis concessis comprehendantur, libere provideant, neque Capitula, aut Canonici hujusmodi privilegio quod Cardinalibus Praefulibus nullo habitu Capitulorum & Canonicorum respectu concessum esse dignoscitur, gaudere, frui, ac jus aliquod inde praetendere possint. Decernens declaracionem predictam à dicta die 29. Decembris robur obtinere debere, etiamsi nedum publicata fuisset, ac irritum &c.

Placet, publicetur & describatur M.

*Lecta & publicata fuit supradicta regula in Cancellaria Apostolica anno Incarnationis Dominice M. DC. XXXVI. die vero decima mensis Septembris Pontificatus prelibati sanctissimi D. N. anno IV.*

Marcus Antonius Ascentius,  
Procultus.

S. D. N.  
D. URBANI DIVINA PROV-  
identia Papæ VIII.

#### DECLARATIO.

*Quod S. R. E. Cardinales Ecclesiæ  
rum Presules indultis conferendi*

*beneficia Ecclesiastica ratione Eccle-  
siarum, quibus presunt, vel quorum  
regimini ultimo loco cesserunt, duntar-  
xat uti possine.*

#### URBANUS PAPA VIII.

**M**OTU proprio &c. licet nullus Episcoporum postquam regimini Ecclesiae, cui præterit, cesserit in beneficiorum Ecclesiasticorum dispositio-  
ne, ratione ejusdem Ecclesiae sibi ante-  
teat competenti ingerere se valeat: at-  
tamen nonnulli ex vener. Fratribus  
nostris S. R. E. Cardinalibus sub pra-  
textu indultorum Apostolicorum eis  
pro tempore concessorum beneficia  
nedum unius, sed etiam plurium Eccle-  
siarum, quarum regimini cesserunt,  
vel à quarum vinculo ad alias translati  
absoluti reperiuntur, contemplatione,  
alias ad se spectantia conferre perseve-  
rant. Quare Motu simili &c. declara-  
mus de cetero non licere cuivis perso-  
nae etiamsi Cardinalatus honore pra-  
fulgeat, praetextu cuiusvis Indulti Apo-  
stolici concessi; seu concedendi facul-  
tatem hujusmodi etiam expressè con-  
tinentis conferre, vel quovis modo  
disponere de quibusvis beneficiis Ec-  
clesiasticis, quorum collatio præsen-  
tatio, nominatio, vel quævis alia disposi-  
tio separatim vel conjunctim cum aliis  
ad eum spectabat, ratione cuiuscunq[ue] Ecclesiae Cathedralis etiam Metropol-  
Primalis, vel Patriarchalis, cuius re-  
gimini cesserit siquidem ad aliam Epis-  
copalem, Primalalem, vel Patriarchalē

S. 2

Eccle-